

præceptæ gravitatem, quia lex secum habet obedientiæ præceptum, & supra natura habet vim obligandi sub culpa, nisi legislator contrarium explicet. Atque ideo Cynus, & Bart. *legis virtus statim in principio ff. de legib. dixere, consilium non esse virtutem legis, eo quod lex fit præceptorum collectio, ut probatur ex leg. i. ff. de legib. vbi dicitur, legem esse commune præceptum. Item quia in eo casu non est aliqua ratio cur exultimare debeamus legislatorum vim fuisse auctoritate sua quoad hunc obligandi modum, nempe, quoad poenam solam, & non quoad culpam. Atque ita cum ipse non limitet vim auctoritatis suæ, est simpliciter indicandum, eum ex tota auctoritate sua legem condere: atque ita docent Laurent. Archidia. & Dominicus. *confer. in fine. dist. 4. Imol. e. nam. concupiscentiam. nom. 9. de consuetudine. & ibi Felinus. num. 5. Sop. lib. 1. de inst. g. 6. art. 4. col. 9. vers. sed soluenda sunt. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 3. fol. 215. col. 2. conclus. 2. Sayr. in claus. reg. lib. 3. cap. 7. p. 29. Valent. 1. 2. dist. 7. q. 5. punct. 6. quæstione. 3. in 2. signo. Philic. de offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 2. conclus. 3. Nec hoc aduersatur dictis n. 39. & n. 66. vbi diximus, leges merè penales nõ obligare ad culpam, nec que vtuntur verbis communibus, aut solius imperatiui: quia consulti diximus in hoc corollario, nisi vilo verbo, aut signo declaratur intentio legislatoris non obligandi ad culpam. At cum lex est merè penalis, vel vitur prædictis simplicibus verbis, cum verbis præcepti, aut æquipollentibus vti possit, satis explicat suam mentem esse, non obligare ad culpam. Atque ita optime Victoria *relet. de poss. civil. num. 20. dixit*, aliquando legislatorum siue ecclesiasticum, siue civilem non velle in suis legibus exigere obedientiam à subditis debitam, sed simpliciter ordinare quid faciendum sit, dirigendo potius, quam præcipiendo, qualia multa ita esse in legibus ecclesiasticis, & civilibus, sicut non semper creditor, quando pecuniam petit, exigat tanquam volens obligare.**

Secundò deducitur solutio principalis questionis superius propositæ, nimirum, an obseruantiz regulares externæ in regula præscriptæ obligent sub mortali, an sub veniali, an solum ad poenam? Quando enim qualitas obligationis in eis non explicatur, iudicanda est obligatio iuxta regulas traditas de legibus ecclesiasticis, vt diximus eo n. 23. Quare in primis attendenda est consuetudo religionis, & communis vsus illius intelligendæ obligationis regularum, & illis standum est vt de legibus ecclesiasticis probauimus num. 27. & 28. Quod si de illis non constat, attendenda sunt verba quæ si fuerint præcepti, aut æquipollentia præcepto vt, *Iubemus, Imperamus, Mandamus, Iniungimus, Edicimus, Necessarium est, Necessè est, Prohibemus, Interdicimus* & similia, inducunt quidem obligationem ad culpam. At non inde colligitur inducere obligationem ad culpam mortalem; sed satis est ad veniale, nisi magna materia grauitas, aut necessitas, vel grauitas poenæ, aut particularis additæ, suadeat obligationem esse sub mortali. Quæ autem sint poenæ, & particularia, explicauimus à n. 43. & specialiter in religione explicauimus n. 64. duplicem poenam temporalem indicantem obligationem sub mortali. Si autem verba sunt communia, vt, *Statuimus, Ordinamus, Decernimus, Volumus, Hortamur, Monemus, Operamur*, & similia, vel regulæ sūt merè penales, nimirum, sub hac forma edite: *Præcipimus, vt frangens siletium, talem subeat poenam; ad nullam culpam obligant, nisi magnitudo poenæ, aut particularia adiuncta grauitas suadeat obligationem esse sub culpa lethali; quia hæc omnia ita accidere in legibus ecclesiasticis satis toto hoc capite probauimus. Quare non est credendum Syluestro *verb. religio. 6. q. 5. vbi dicit*, religiosum teneri sub mortali ad obseruantias quæ sunt in regula sub præcepto sic obliganti: ad alias verò sub veniali. Nam, vt diximus num. præced. siue, ex Victoria, & satis huicque probauimus, non omnes leges ecclesiasticæ obligant*

ad culpam, nec omnia statuta religionum obligationem inducunt, quia in omnibus sequuntur normam legum ecclesiasticarum, vt declaratum est.

Tertiò deducitur, idem dicendum esse, ac eisdem regulis vtendum, ad diiudicandum, an præcepta ore tenus à superioribus imposita obligent ad culpam, & qualem culpam: nec enim omnia obligant ad mortalem, nec ad culpam, sed quandoque ad mortalem, quandoque ad venialem, quandoque verò ad nullam, sicut num. præced. diximus de regulis, quippe horum quoque præceptorum obligationem iuxta eadem legum ecclesiasticarum regulas diiudicandam esse probauimus numero 23.

Et in Societate Iesv nullum superioris præceptum ad culpam mortalem, vel venialem obligat, nisi superior ea in nomine Domini nostri Iesv Christi, vel in virtute obedientiæ iuberet. Sic enim & vsus Societatis intellexit, & habetur in eiusdem constitutionibus. 6. part. cap. 5. fine. Atque ita nec obligaret ad culpam præceptum superioris in illa, etsi vteretur expressis præcepti verbis, vt, *Præcipio, Iubes, vel, strictè præcipio, vel, sub præcepto iniungo*. Sed iuxta id decretum & vsum oportet superiorem amplius explicare suam voluntatem, vt censetur velle obligare ad culpam aliquam. At si exprimeret suam intentionem esse, obligare ad culpam mortalem, vel venialem, obligaret vtique, nisi ratione leuitatis materiae, voluntas esset rationi dissona, quia ea constituit non aufert potestatem aliter obligandi, quam vtendo illis verbis; sed illis certam obligandi voluntatem explicat, vt talis non censetur, quando illis verbis non vitur. Quare credo obligatorum sub mortali, quando præciperet non vtens his verbis, sed apposita poena exigenti peccatum mortale, vt sub poenâ excommunicationis lata, vel ferendâ, vel maledictionis æternæ, vel maledictionis Dei, quia satis tunc explicat suam voluntatem. Et idem sentio, si præciperet in virtute Spiritus sancti, quia perinde est, ac in nomine Iesv Domini nostri; & Cordub. *in reg. D. Francisci. c. 10. q. 3. puncto 1. in 2. modo cognoscendi* quando præceptum obligat, ait, allegato Hugone, in religione sua Minorum esse vsu receptum, vt præcepta non obligent sub mortali, nisi iniuncta in virtute obedientiæ, n multis quoque congregationibus statutum est, & receptum, vt præceptum superioris non obliget ad culpam, quoque in virtute Spiritus sancti, aut sanctæ obedientiæ aliquid præcipiatur, vt testatur Vazquez. 2. q. 96. art. 4. dist. 158. cap. 3. num. 24. & D. Anton. *partit. 4. cap. 2. §. 3. ait*, Prælatos iniungere volentes ubi dicitis aliquid tanquam necessariò faciendum, solitos esse vti his modis, sub culpa mortalis obligatione, vel sub interminatione maledictionis æternæ, vel in virtute obedientiæ; & 3. part. 11. 16. c. 1. §. 9. ad finem cum volunt sub mortali obligare, vti hi in virtute obedientiæ, vel Spiritus sancti, vel in poena excommunicationis, vel carceris, vel alterius censurae. Quare dum his, vel similibus verbis non vtuntur, crederem ex communi vsu non censerent eorum præcepta obligare sub mortali; & Leonard. de inst. lib. 6. cap. 11. ad finem. 9. num. 76. vers. tertio dicit, ait, non censerent Prælatum religionis velle obligare sub mortali, nisi id aliunde constet, quando non præcipit in virtute obedientiæ; ac censerent sub veniali, quando præcipit. Quod intelligi verum extra Societatem Iesv, & vbi similes esset constitutio, & dum vteretur verbis præcepti, vel æquipollentibus præcepto. At in superioribus carentibus spiritali potestate, qui sic non possunt iubere, vt sunt parentes, & Abbates, vt censentur sub mortali obligare, satis est vt materia sit grauis, & multum necessaria gubernationi domesticæ, vel monasterij ab ipsis intentæ, & verbi præcepti, vel æquipollentibus vtantur, quippe aliter nequeunt suam voluntatem explicare.

Virtum autem religiosus transgrediens præceptum superioris,

superioris, aut regulæ committat duplex peccatum, alterum contra votum obedientiæ, alterum verò contra virtutem in qua illa materia præcepta constituitur, diximus lib. 4. c. 1. 1. num. 25.

Tandem id obseruandum est, quando in aliqua religione referatur peccatum inobedientiæ, aut peccatum contra votum obedientiæ, non censerent referatam inobedientiam quæ non est mortalis contra virtutem obedientiæ, aut contra votum illud: quæ respiciunt præceptum superioris obligans ad mortalem; vt quando præcipitur in virtute obedientiæ, vel alio simili modo: quod si esset peccatum mortale per accidens, nempe propter contemptum, vel propter aliam circumstantiam extrinsecam mali finis, non censeretur peccatum illud comprehensum in referuatione, quia non est inobedientia, nec directè repugnat voto obedientiæ.

CAPVT V.

Qualiter religiosus ad perfectionem tendere obligetur.

SVM MARIVM.

Religiosus non tenetur esse perfectus, ac tenetur tendere ad perfectionem. n. 1.

Ad id tenetur iuxta sola sua religionis media. n. 2.

Propositum duplex difficultatis distindendum. n. 3.

An sit hoc speciale præceptum? referuntur id probantia numero 4.

Explicatur sententia auctoris, & soluntur contraria. n. 5.

Quando delinquitur contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem, proponitur duplex sententia. n. 6. & 7.

Secularis proponens se consilia non seruaturum, licet id non faciat, ex contemptu peccat venialiter. n. 8.

Religiosus proponens non seruare alia præter ea, ad que tenetur ex voto, vel præcepto graui, non peccat mortaliter eo ipso contra præceptum procuranda perfectionis, sed solum venialiter. n. 9.

Peccat mortaliter religiosus contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat illam, non attingere. num. 10.

Non peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui non se disponit ad præceptum religionis munia. n. 11.

An religiosus toties peccet contra hoc præceptum, quoties violat vota, & alias regulas, ad quas tenetur? n. 12.

In hac questione duplex conclusio admittitur ab omnibus. Prior est. Quamuis religiosus non tenetur esse perfectus, & subinde nec omnia illa exequi, quibus charitatis perfectio continetur; tenetur tamen ad id tendere, & operari, vt perfectionem charitatis comparet, eaque æquetur, quæ ad illam comparandum necessaria sunt. Vtraque pars inde constat, quia status religiosus non est status perfectionis acquirendæ; sed est & veluti progressus ad perfectionem acquirendam. Ergo illum profectus non tenetur esse perfectus, sed niti progredi ad perfectionem: quippe operanti ad finem non conuenit ex necessitate, vt finem iam comparet, sed vt aliqua via ad ipsum tendere conetur. Et confirmatur, quia cum status religiosus non sit status iam perfectus, sed via ad perfectionem, non significat illum assumens ipso assumptionis facto, se perfectum esse, sed intentionem ad illam tendendi habere. Ergo non est mendax & simulator factò ipso, si perfectionem non consequatur, sed si illam consequi non intendat; ac proinde non peccabit non consequendo, sed non intendendo. Hanc tradunt D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 5. ad 2. & q. 186. art. 2. corp. & art. 9. corp. & in iisdem locis Caiet. & Abulen. 2. 19. *Matthæi. q. 1. 44. Aftenis (sum. 2. part. lib. 6. tit. 47. art. 1. 73. Carthus. de reform. cl. 1. lib. 1. art. 1. fine.*

D. Anton. 3. part. 2. 16. c. 5. 1. Angel. *verb. religio. fol. 7. 27. Syluest. verb. religio. 1. q. 3. Armil. verb. religio. num. 3. & ibi Tabien. q. 4. num. 5. ad finem. Natat. commentar. 1. de regular. lar. num. 10. dist. 10. Cordub. in regul. D. Francisci. c. 1. q. 9. dist. 2. Viguier. lib. institution. cap. 17. §. 1. vers. 13. Azot. lib. 11. tom. 1. institution. c. 1. q. 11. Valent. 2. 2. dist. 10. q. 4. puncto 4. Bañez. 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 3. concl. 3. Manuel. q. 2. regular. tom. 3. q. 48. art. 1. ad finem. Beltram. tract. de vot. pauper. cap. 3.*

Posterior conclusio est. Non tenetur religiosus niti ad perfectionem per omnia supererogationis opera ad illam acquirendam valentia, sed per illa quæ sunt præscripta secundum vniuersumque religionis regulas ad acquirendam charitatis perfectionem. Ratio est, quia neque Deus, neque Ecclesia, neque vota in religione emissa aliquid amplius ab eo petunt, quam vt agat vitam regularem iuxta suum institutum à Sede Apostolica approbatum. Nec finis religiosi status, qui est perfectio vite Christianæ comparanda; & exigit amplius quam ad eam niti per media instituti religionis, in qua quisque professus est, cum satis perfectio hæc obtineri possit per media illa, vt pote quæ tanquam sufficientia ad eum finem comparandū à Sede Apostolica sunt approbata. Et ita tradunt D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2. corp. & reliqui Doctores num. præced. allegati.

Est autem duplex difficultas. Prima, an præceptum hoc tendendi ad perfectionem, sit peculiare aliquod præceptum distinctum à præcepto seruandi tria vota substantialia, & alia in regulis religionis præscripta: an potius sit generale quoddam imbitum in illis, sicut præceptum seruandi mandata, & non peccandi, & quo quisque tenetur esse bonus, non est speciale aliquod præceptum distinctum à præceptis peculiaribus, sed imbitum in illis. Posterior difficultas est, quando peccetur contra hoc præceptum.

Circa priorem difficultatem, videtur esse peculiare præceptum nitendi ad perfectionem distinctum à præceptis seruandi vota, ac obseruantias regulares. Quia si esset generale imbitum in illis, falsò dicerent Doctores num. 1. relati, religiosum non teneri esse perfectum, sed tantum niti ad perfectionem, illamque intendere. Nam non tantum tenetur niti ad votorum, & regularum obseruantiam, sed ea quoque seruare tenetur, sicut quilibet fidelis non tantum tenetur niti cauere mortalia, & seruare præcepta, sed tenetur quoque ad illa opere præstanda. Non ergo est generale præceptum, in ista illorum, sed peculiare aliud distinctum. Secundò, quia huius præcepti datur peculiaris actus, ad quem obligat, & per cuius solum defectum, eius transgressio contingit, nempe ita procurare perfectionem, vt non reuocet religiosus propositum illius protractandæ, illam contemnedo. Ergo est præceptum peculiare. Tertiò, quia si esset præceptum generale, in ista aliorum, peccaretur contra hoc præceptum quoties quacumque causa adesset peccandi contra vota, & alias obseruantias regulares; sicut à prædicta generalia præcepta, peccatur ex quavis causa violatò diuino præcepto: at non est reus huius præcepti religiosus in his delinquentibus ex quavis causa, dummodo reuocet propositum tendendi ad perfectionem, vt tradunt Caiet. 2. 2. q. 184. art. 5. sine. Tabien. *verb. religio. 4. num. 5. ad finem. Cordub. in reg. D. Francisci. c. 1. q. 3. dist. 3. Et ratio est*, quia non tenetur religiosus esse perfectus, sed animum tendendi ad perfectionem habere. Non ergo peccat contra hoc præceptum, dum retinet hoc propositum; atque ad hoc est speciale distinctum præceptum; & ita videtur sentire Doctores proximè allegati.

Oppositum tamen iudico sententiam. Primò, quia (vt num. 2. diximus) tenetur omnes non teneri aliter religiosum ad perfectionem tendere, quam amplexandò vota, & alia suo statui annexa. Ergo huiusmodi est, non esse hoc præceptum distinctum à præcepto seruandi illa,



Et confirmatur, quia Caiet. 2. 2. *quest. 186. art. 9. paulo post principium.* & Cordub. in *reg. D. Franc. c. 1. q. 3. dist. 3. vers. Unde resoluatur.* & Valent. 2. 2. *dist. 10. q. 4. punct. 5. col. penult. vers. atque ex eodem fundamento*, tradunt, contemptum regulæ, & huius obligationis tendendi ad perfectionem, ad eam esse connexa, ut vnum absque altero consistere nequeat, eo quod religiosus non aliter ad perfectionem teneatur, quam seruando regulam: atque adeo dicunt fieri non posse, ut intendat seruare regulam, quin intendat ad perfectionem tendere, nec e contra. Ergo signum est, hoc non esse peculiare aliud præceptum distinctum. Secundò, quia, ut clarè constat ex ipsa litera, & sentit Azor lib. 1. *institui. moral. c. ult. q. 11. vers. in hac itaque.* D. Thom. 2. 2. *q. 186. art. 2. ad 2. & ibi Caiet. 5. ad euidenciam horum*, loquuntur eodem modo de religioso, quo de eo, qui talis non est, dicentes vtrumque teneti ad perfectionem iuxta suum statum procurandam, obseruando sui status præcepta, & consilia non contemnendo, & probat D. Thom. quia omnibus dicitur *Ecclesiasticus 9. Quodcumque precesserit manus tua, instaurare operare.* At nullus dicit id præceptum in secularibus esse peculiare aliquid distinctum à præceptis aliis, quibus iuxta leges omnibus Christianis communes, & peculiares sui status quilibet tenetur. Ergo idem dicendum est de hoc præcepto, respectu religiosi. Tertio, quia si esset distinctum præceptum tendendi ad perfectionem secundum regulas, & vota, religiosus violans quodcumque ex illis votis, duplex mortale contraheret: alterum contra votum, & alterum contra hoc præceptum. Sicut quia sunt duo præcepta, alterum non fornicandi, & alterum seruandæ castitatis promissæ, est duplex culpa reus fornicans; nec valet dicere, hunc fornicantem posse retinere propositum tendendi ad perfectionem, quo retento non itur contra hoc præceptum tendendi ad illam; quippe re vera voluntariæ facti ipso it hic contra illam obligationem, qua tenetur niti ad perfectionem secundum regulas, & vota, cum voluntariè eligat voti transgressionem. Sicut si præceptum non antependendæ creaturæ ipsi Deo, esset aliquid peculiare, nec in aliis imbitum, peccans mortaliter in quacumque peccati specie, esset duplici culpæ obnoxius: alteri illius speciei, in qua specialiter delinquit; alteri verò quod creaturam quam si peccando elegit, præposuerit facti ipso Deo, transgrediens Dei legem ob illius creaturæ affectum, quam non habuerit hunc voluntatis actum, volo Deum creaturæ postponere. Tandem, quia præcepta, & culpas non oportet absque rationibus vrgentibus, & valde necessariis multiplicare, vtpote quod res valde odiosa est. At rationes contrariæ non vrgent. Nam ad primam responderetur, negando antecedens; nam obseruare vota, & regulas obseruantias, non est hominem esse perfectum quod consummatam charitatem, perfectamque virtutem acquisitionem petens: est applicare media ad hanc perfectionem adipiscendam, atque ad eam est tendere ad perfectionem. Et ideo iure optimo dicere Doctores teneri religiosum seruare vota, quod est tendere ad perfectionem, non tamen teneri esse perfectum, quod quæ amplius quam ea seruare importat. At diuersa est ratio in præcepto seruandi mandata, & quo quis tenetur esse bonus; nam id præceptum importat solam à peccato transgressionis mandatorum fugam: ac proinde idem est teneri esse bonum, & teneri non transgredi præcepta. Ad 2. responderetur, non omnia præcepta habentia peculiaritatem actum, quo violantur, esse specialia, & non generalia inclusa in aliis. Nam præceptum seruandi mandata, & obediendi Deo, & quo quis tenetur esse bonus, sunt generalia inclusa in aliis, & tamen violantur hoc specialia actus, nolo seruare mandata, vel esse bonus, vel obediere Deo: is enim actus contra nullum aliud speciale præceptum tendit. Sed ut sit speciale omnino præceptum in nullo alio imbitum, necesse est, ut eius transgressio opponatur alicui speciali virtuti, nec sufficit op-

poni honestati generali, cui actus ille generis, nolo esse bonus, nolo obediere Deo, nolo seruare mandata, opponitur. Ad 3. responderetur, non obfata doctrinam Caietani, & aliorum ibi allatarum, quia eam impugnamus num. vltimo.

Posterior difficultas est, quando delinquatur contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem; quod non ita clarè ex Doctoribus constat. Nam D. Thom. 2. 2. *q. 186. art. 2. in fine corp. & in solut. ad 1. & 2. & art. 9. corp. & Caiet. ead. art. 2. circa soluti. ad 2. §. ad euidenciam horum, & eo. art. 9. paulo post principium.* D. Anton. Angel. Armil. Valent. allegati num. 1. expressè dicunt, huius præcepto tunc temporis contraveniri, quando est contemptus consiliorum, quibus peruenitur ad perfectionem. Et Caiet. eo. art. 9. paulo post principium. & Valent. 2. 2. *dist. 10. q. 4. punct. 5. col. penult. §. atque ex eodem fundamento*, explicant hunc contemptum esse quando religiosus ideo regulas transgreditur, quod nolit illis subici, & ideo esse quoque regularum contemptum. Quare concludit Valent. hunc contemptum esse velut quandam religiosi à suo statu apostasiam: & idem Caiet. eo. art. 2. §. ad euidenciam horum, cum contemptum consiliorum explicat, quando contemnitur ipse Deus ea consilia præstans, nempe, quando homo refugit subici consiliis diuinis, & perfectiori vitæ, ut à Deo traditis. Contemptus enim Dei est, nolle subici regulæ diuinæ. At si quis (inquit) spiritualium profectum, & diuina consilia, ut à Deo tradita teneretur, sed quia non tenetur ad illa, nec lunt necessaria ad salutem, non vult illa amplecti, nec curat de illis seruandis; talis non contemnit Deum, sed potius operum executionem, ac per hoc non peccat mortaliter, sed solum venialiter ex huiusmodi incuria deliberata, quæ nonnullis contemptus est omittendo intentionem, & executionem profectus spiritualis, & operum bonorum, quæ facere possit. Hæc Caietanus ibi. Et quamuis non loquatur aperte de religioso, sicut nec de secularibus; at loquitur vniuersaliter de omnibus; nam sub signo vniuersali proponit questionem: & D. Thom. *ea solucione ad 2.* quam ibi explicat, loquitur de religioso, & secularibus; & ita intelligit ipsum Caietanus Azor *tom. 1. lib. 11. institui. moral. c. ult. quest. 11. & ipsemet Caiet. eo. art. 9. paulo ante predictum locum. vers. ad hoc dicitur*; sic statim licitum inquit de transgressionem mortali, & veniali acta à religiosi: & Valent. 2. 2. *dist. 10. quest. 4. punct. 4.* ut, nomine huius contemptus non intelligi negligentiam executionis consiliorum, nec propositum, quo quis latueret non seruare aliqua, vel etiam omnia consilia: eiusmodi enim propositum in eo qui nullum opus consilij illius vovisset, non esse mortale. Sed concludit tunc posse nomine contemptus horum consiliorum intelligi in proposito. Primum est, si quis parui estimaret diuinum consilium, ut à Deo proficiscitur, quod aptus esset mortalis tam in religioso, quam in secularibus, vtpote qui esset irreligiositas, & magna irreuerentia erga Deum. Secundum est, si quis parui estimaret operum consiliorum, etiam attendendo genus, & naturam illorum, ita ut illa secundum se vilipenderet, quod contemptus similiter in omnibus hominibus esset mortalis contra religionem, quatenus id in Dei ignominiam eedit, qui talia opera tanquam res magni momenti consuluit. Tertium est, quando ex superbia quis dedignaretur ita se Deo subiectionem esse, ut ab eo consilia accipiat, atque ita consilia ipsa animo auerteret, quod etiam esset mortale in quolibet. Hæc Valentia. Præterea quidam, quos tacito nomine refert Azor *lib. 11. institui. c. ult. q. 11. vers. hinc tamen*, contradicunt dicentibus, mortalem perfectionis & consiliorum contemptum esse in doctrina D. Tho. quando religiosus eo animo affectus esset, ut nullum consilium exequi vellent, præter illa iam à se suscepta vi voti instituti, & regulæ. Ducuntur, quia (ut diximus n. præced. in 2. ratione) eodem modo loquitur D. Tho. de religioso, & de eo qui talis non est, & vtrumque dicit tunc peccare,

care, quando consilia, & progressum iuxta illa contemnit. At secularis solis præceptis contentus, intendens quæ nulla consilia seruat, non quali tenens Deo illorum auctori subici, sed quia ea non obligant, nequaquam dicitur ea contemnere, nec peccat mortaliter. Ergo idem dicendum est de religioso. Et sic dico, tunc tantum religiosum consilia contemnere, quando tanquam vana, & inutilia ea amplecti non vult; scilicet, si ea sola ratione ductus omittat, quia videt consilia sibi non præcipi. Et ipsemet Azor *ea quest. 11. in fin. ait*, cum dici consilia contemnere, qui ea prætermittit, tanquam inutilia, aut quia sunt à Deo proposita & data.

7 Pro contraria autem parte sunt Syluest. *verb. religio. 1. q. 3. Tabien. verb. religio. q. 4. num. 5. ad finem.* Cordub. in *reg. D. Franc. c. 1. q. 3. dist. 3.* vbi dicit, aliud esse contemnere perfectionem, & consilia, quibus ad illam peruenitur, & aliud peccare ex illorum contemptu. Quippe peccare ex illorum contemptu, est illa omittere, eo quod omittens subici illis, ut à Deo traditis nolit. At contemnere, est non estimare; quare dicitur eum religiosum perfectionem contemnere, quia animum habet non tendendi ad illam, seu in animo habet ad perfectionem progressum & gradum non facere; est talis non peccet ex contemptu, sed ex negligentia, vel cupiditate, vel ex alia causa. Vnde tunc concludunt accidere hunc mortalem contra præceptum tendendi ad perfectionem contemptum, quando religiosus apud se statueret tantummodo omnia peccata mortalia cauere, præceptis omnibus sui instituti, & voti seruatis, & consilia quania prætermittere. Et hanc esse mentem D. Thom. contendunt, nusquam enim dixit exigi, quod religiosus sit huius præcepti reus, ut ex perfectionis contemptu peccet, sed tantum, ut perfectionem contemnat. Quibus fauet D. Thomas 2. 2. *quest. 184. art. 2. quem sequuntur Asten. D. Anton. Angel. & Syluest. num. 1. allegati*, vbi ait religiosus esse mendaces, & simulatores facti ipso, quoties à perfectionis assequenda, quam statu religioso profiteretur, proposito animum remouit. Vbi Caiet. in *fin. & Nauat. commentar. 1. de regular. num. 10. dist. 10.* censent D. Thomam in hoc loco sentire, tales religiosus peccare mortaliter. Et potest probari, primo, qui alius nihil discriminis esset inter religiosos, & seculares, cum vtrumque peccent mortaliter, si consilia ex eorum contemptu solis contenti præceptis omittant: & sic vanum esset, quod tradunt omnes (ut diximus num. 1.) religiosum teneri ad perfectionem tendere, eo quod status religiosus schola perfectionis acquirenda sit, & quasi via, & progressus ad illam. Falsum quoque esset, quod proximè retulimus ex D. Thom. & aliis, eos fore mendaces, & simulatores, si non intendant perfectionem, quam ita suo eo ipso profiterentur; si enim non tenentur plus quam seculares, nemo his mendaces diceret, eo quod illam non intendant. Secundò, quia cap. præcedenti num. 18. diximus peccare mortaliter religiosum proponentem non seruare communiter præcipuas sue religionis regulas, etiam si illas non contemnat, nec ita ut mortali obligent: quod non esset verum, si tantum esset mortalis transgressio, quando ex contemptu procederet.

8 Prima tamen conclusio sit. Quicumque secularis solis præceptorum obseruatione contentus proponeret se consilia non seruaturum, non ex eorum contemptu, sed eo quod sibi præcepta non esse noluit, peccat venialiter; quod peccatum non consistit in omissione consiliorum, sed in ea firma animi deliberatione contra consilia; quippe est liceat omittere consilia, at fas non est animum deliberata actione & proposito contra consilia firmare, ne aditus Spiritui sancto semper ad meliora promoueri obstruatur. Non est autem mortale, quia res non est ita grauis, cum consilia illa non obligent, nisi non contemnantur; idque constat, quia votum maiorem animi firmitatem importat, quam sim-

plex propositum, & tamen votum non seruandi consilia solum est veniale, ut diximus lib. 4. *huius tractatus. cap. 8. num. 5.* At solum erit mortale quando ex contemptu omittentur, ut dictum est. Prædictum verò propositum contra consilia esse veniale constat, quia illud dissonat rectæ rationi, & ipsorum consiliorum institutioni. Et ita docent Caietanus 2. 2. *questione 186. art. 2. §. ad euidenciam horum.* Cordub. in *exposit. reg. D. Francisc. cap. 1. quest. 3. dubio vltimo.* quod ibi de hac re mouet §. *quoad secundum.* Valent. 2. 2. *dist. 10. quest. 4. punct. 4. colum. 2. vers. est autem notandum.* Azor *lib. 11. institui. moralium. cap. ult. quest. 11.* Quod si obicitur; actus voluntatis in tantum est malus, in quantum eius obiectum est malum; at omittere omnia consilia, seruatis solis præceptis, quod est obiectum illius actus voluntatis proponentis firmiter ea non seruare, non est peccatum, cum ea non obligent; ergo nec intendere omittere. Secundò, peccatum non est, nisi præceptum aliquod violetur: sed nullum est præceptum obligans ad consilia; ergo nec obligans ad voluntatem ea exequendi: ac proinde intentum ea non exequendi, vacabit culpa. Responderetur ad primum, maiorem non esse vniuersaliter veram; quia facti obiectum non esse malum, & tamen actum voluntatis aliquid iniquum esse, quia non seruat debitam proportionem in modo intendendi ad obiectum, ut si rem bonam ob malum finem, vel malè, vel negligentè appetat. Ad secundum, neganda est vltima consequentia: quia etsi nullum præceptum sit obligans ad ea consilia exequenda; est tamen præceptum prohibens id propositum ea non seruandi.

Secunda conclusio. Nec religiosus peccat mortaliter contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat exequi quidquid vovit, & omnia præcepta regulæ, & superiorum obligantia sub mortali, at reliqua consilia, quæ sic non obligant, omittere: sed tantum peccabit venialiter tunc contra id præceptum. Dixi, non peccare mortaliter contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem pro propositum supra dictum; quia peccabit aliunde mortaliter ob periculum transgressionis vororum, & defectus perseverantiae, ut amplius explicauimus cap. præcedenti. 18. Tunc autem erit mortale contra id præceptum, quando ex contemptu id faceret modis explicatis num. 6. Ducor ex traditis num. 7. vbi auctores attuli expressè hoc sentientes, & colligitur aperte ex doctrina D. Thom. 2. 2. *quest. 186. art. 2. corp. & ad 1. & 2.* vbi dixit D. Thomas peccare contra hoc præceptum religiosum temerentem perfectionem, & nunquam qualiter culpe explicat. Quod caute factum ait Caiet. *ibi. §. ad hoc dicitur*, quia potest contemptus ille esse venialis, & mortalis; & postea §. *ad euidenciam horum*, explicat esse mortale, quando est simplex contemptus, eo quod consilia omittere religiosus intendit, quia eis subici non vult, ut à Deo traditis. Veniale autem quando est nonnullus & imperfectus contemptus, eo quod nouit ea consilia sibi non præcipi. Eiusdem sententia refert Azor *tom. 1. lib. 11. institui. moral. c. ult. quest. 11.* etiam non ita clarè loquitur, nec explicet qualis culpa sit id propositum, quando non est ex contemptu consiliorum. Ducor, quia nullaratio vrget ad damnandum id simplex propositum tanquam mortale, contra præceptum tendendi ad perfectionem; nam eo ipso quod vult omnia vota, & sibi in regula, & à superioribus præcepta exequi, vult ad vitam perfectionem progredi, & consilia multa euangelica seruare. Nam est ratione voti sint iam sibi præcepta, & non consilia, at sponte illam obligationem suo voto sibi suscepit ultra communia cæteris Christianis præcepta, & sic non notabiliter, sed leuiter à perfectionis proposito deficit, dum cætera, quæ in regulis, & à superioribus præcepta non sunt, proponit non seruare absque eorum contemptu, cum perfectio essentialis, quam profiteretur religiosus



& ad quam directè, & grauitè se obligat, in solis prioris generis obferuantis consistit. Item quia ad cetera seruanda non obligatur sub mortali, sed tantum ne aditum Spiritui sancto inspiranti meliora, occludat, firmando propositum contrarium. Quæ ratio (vt n. præcedenti diximus) solam culpam venialem concludit. Præterea, quia idemmodò Syluest. verb. religio. 1. q. 3. & q. 12. parit. 4. ait non esse religiofum in malo statu, quando diu ei placet vnum medium, quod ad perfectionem tendat, eo quod non teneatur currere ad perfectionem. At huic religiofo placet hoc medium, quod non est parui momenti, nempe obferuantia votorum, & præceptorum regulæ, & superiorum obligantium ad mortale. Et Cordub. in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. dicto 2. ait religiofum non teneri ad procurandam perfectionem, nisi secundum modos suæ regulæ, & vt in illa proponuntur, scilicet sub obligatione, vel sub consilio; ergo si omittere intendat non obligans sub mortali, non erit reus huius præcepti. Tandem, quia rationes contrariæ allatæ n. 7. non probant contrarium: nam ad doctrinam priorem D. Thomæ respondetur. Esto aliud sit contineri, & aliud peccare ex contemptu, & Diu. Thom. solum dixerit contentemntem perfectionem peccare; at non dixit id peccatum esse mortale, quali sentiens aliquando esse mortale, & aliquando veniale, vt proxime ex Caietani mente pöderauimus. Ad aliam doctrinam D. Thomæ dico, non consistere ex ea illum censuisse esse mortale, reuocare animum ad propositum perfectionis acquirendæ, quia etsi fit mendacium in facto, at nulli perniciosum est, & ita erit ex ea parte veniale. Et si intelligat de mortali culpa, intelligendum est, quando contemnit perfectionem modo explicato, vt ipsemet postea q. 186. art. 2. iuncta doctrina Caietani citata, se explicat. Ad primam rationem respondetur, discernim in hoc consistere, quod secularis non teneatur ex suo statu ad aliqua consilia euangelica, sed ad sola præcepta fidelium communia. At religiofus teneatur ad multa, quæ secularibus sunt consilia, ad quæ sponte suis votis se obtinuit, & ita ille nolens seruare hæc consilia (seculo contemptu) non peccabit mortaliter. At religiofus vtique mortaliter peccabit, etsi non adit contemptus; & ita teneatur sub mortali illa seruando, ad perfectionem tendere; id tamen vtique commune est, vt si contemptu illa omittant, peccent mortaliter. Ad 2. constat ex dictis initio huius conclusionis.

10 Vltima conclusio. Peccat quoque mortaliter religiofus contra hoc præceptum tendendi ad perfectionem, si seruans regulam, & vota, intendat non attingere perfectionem vitæ religiofæ, neque finem per illa intentum; quia licet non teneatur attingere, teneatur tamen non habere actum contrarium, scilicet, propositum non attingendi per talia media; alioquin frustra apponetur media cum intentione repugnanti fini, ad quem talia media ordinantur. Ita docet Cord. in reg. D. Franc. cap. 1. q. 3. art. 3. dicto 3. dicitur. vers. sed vnum simiter. & licet non expohet id esse peccatum mortale, at manifestè loquitur de peccato mortali, cum dicat hunc similiter peccare, ac illum qui contemnit perfectionem, quem eo. 3. dicto asseuerat peccare mortaliter. Quæ etiam doctrina consonat dictis cap. præcedent. n. 22. vbi diximus aliquibus citatis, esse mortale, æquiuale- reque contemptui transgrediendi regulas ob eam causam impediendi illarum finem.

11 Ex dictis deducitur, minus verum esse quod tradit Bañez 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 3. concl. 3. vbi ait teneri religiofum sub mortali ex vi huius præcepti disponere se, vt sit idoneus ad postissima sui ordinis munia; quia caret fundamento, & solum teneatur ex vi huius præcepti ad explicata duplici conclusione precedenti.

12 Secundò deducitur, non esse veram doctrinam quam ex Caiet. & aliis retulimus n. 4. argum. 3. asserentem

religiofum violantem vota, & obferuantias regulares, non peccare contra præceptum tendendi ad perfectionem, dum animum retinet procurandi perfectionem; ea enim doctrina fallit, vt ostendimus n. 5. quia religiofum obferuare vota, & præcepta suæ religionis, est tendere ad perfectionem eo modo, quo tendere tenetur: atque adeò non obferuare votum ali- quod, vel præceptum, est non tendere ad perfectionem. Licet ergo animum habeat tendendi ad perfectionem in aliis occasionebus, in illa tamen in qua peccat præceptum violat, quo teneatur procurare perfectionem, euitando peccatum illud.

CAPVT VI.

Qualiter religiofus ad Episcopatum, aut Cardinalatum, aut beneficium aliquod parochiale promotus teneatur ad vota religiofistatus, & ad alias obferuantias regulares.

SUMMARIUM.

An Episcopus absoluitur a castitate, & obedientia voto? referuntur quadam sententia. n. 1.

Sententia auctorit. n. 2.

An peculiari obedientia hoc voto religionis teneatur obedire Pontifici, & an mutetur in hanc obedientia debita Prælati religionis. n. 3.

An possit reduci ad religionem a Pontifice? n. 4.

Quid possit Pontifex virtute illius voti præcipere religiofo Episcopo. n. 5.

An religiofus creatus summus Pontifex maneat astrictus eidem voti. n. 6.

An voto pauperatis liberetur, & si dominus redditum ecclesiasticorum? referuntur quadam sententia. n. 7.

Referuntur sententia auctorit. n. 8.

Quid de religiofo creato Pontifice, & an possit testari? n. 9.

An integrum sit religiofo Episcopo testari, aut ipsi religiofo, & beneficiario proximo morti donare. n. 10.

Si impeter testandi licentiam, quid teneatur explicare Pontifici. n. 11.

Qualiter Papa possit concedere hanc facultatem, & qualiter ea intelligatur, & an possit hic reuocare testamentum, & morti proximo donare. n. 12.

An religiofus Episcopus, aut beneficiarius teneatur restituere qua prodigè consensit, & recipiens ab ipsorum. n. 13.

An possit religiofus Episcopus, aut beneficiarius ita ample dispensare de suis redditibus, ac beneficiarius secularis, & an aliunde quasita quàm ex beneficio, vel qua parcius viuendo habuerit, possit pro libro expendere, & illud remissive possit Abbas imponere illi pensionem? n. 14.

An religiofus Episcopus teneatur vltra tria vota sua alia ad alia vota, que iuxta variam religionem n. 15. in professione emittuntur. n. 15.

An res votorum substantialium. viuendum sit iuxta præ-

ceptum? n. 16.

An subitèa penis regni eam transgrediens. n. 17.

Ad quas obferuantias regulares teneatur religiofus Episcopus? n. 18.

An teneatur ad eas debito legali, & sub culpa? n. 19.

An possit vesci carnis in regala interdicti, quando Natiuitas Domini incidit in sextam feriam? n. 20.

An teneatur habere socium sui ordinis? n. 21.

An teneatur deferre habitum sui ordinis? n. 22.

An innovat excommunicationem cap. 2. ne clerici, vel monachi in 6. illam omittendo? n. 23.

An possit esse paritris Baptismi, vel Confirmationis? n. 24.

An teneatur ad officium diuini iuxta sua religionis præscriptum? n. 25.

An hæc omnia vera sint de Episcopo, cuius Episcopatum est nuper à Turcis occupatum? n. 26.

Quid de Episcopis annularibus seu inularibus? n. 27.

Quid

Quid si monachus Episcopum deposuit Episcopatum? referuntur quadam sententia. n. 28.

Sententia auctorit. n. 29.

Quid si degradaretur? n. 30.

An si depositus redeat ad monasterium, indigeat nouo voto obedientia? n. 31.

A quo tempore Episcopus religiofus eximatur ab obedientia Prælatorum regularium, & regularum? n. 32.

An religiofus Episcopus fruatur priuilegio religionis? n. 33.

An habentis dicta de religiofo Episcopo, habeant verum in religiofo Cardinali? n. 34.

Quid in religiofo ad Abbatiam, aut aliam dignitatem promoti? n. 35.

Quid de religiofo promoti ad beneficium parochiale, etiam post beneficii depositionem, & an incurrat excommunicationem non portans habitum sui ordinis? n. 36.

An si indigeat dispensatione, possit ipse, vel alius eum eo dispensare? n. 37.

An debeat recitare iuxta vnum suam religionis? n. 38.

An teneatur habere socium sui ordinis? n. 39.

PRIMO de religiofo creato Episcopo erit sermo. Deinde de ipso creato Cardinali. Vltimò de ipso creato parochio. Et primùm agemus seorsim de tribus votis substantialibus. Deinde de aliis peculiaribus, quæ in aliquibus religionibus iuxta illarum institutum solent emitti. Denique de aliis obferuantis regularibus. Et quidem Angles flor. 2. part. 9. unica. de voto. art. 2. post 13. distict. dub. 5. ait religiofum creatum Episcopum absoluti a voto obedientia, & paupertatis, solique castitatis annexæ ordini facto obligatione ligatum manere; idque non probat. At probari potest ex c. unico. 18. q. 1. ibi. Monachum quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluti; ergo liber manet. Secundò, religiofus non vouet obedientiam qualemcumque, sed secundum regulam: at manet liber ab omnibus regulæ præceptis, ita vt ex solo honestatis debito ad illa teneatur, & transgrediens nullius culpæ reus sit (vt dicemus n. 19.) ergo manet liber à voto obedientia. Si enim vis voti obedientia maneret, peccaret vtique mortaliter contra votum transgrediens ea præcepta.

Ceterum absque dubio tenendum, religiofum creatum Episcopum in primis non absoluti a voto castitatis, nec etiam a voto obedientia, sed hoc quodammodo limitari, quia absoluti ab obedientia Prælatorum regularium, & hoc est quod dicitur c. unico. quod n. præcedenti allegauimus pro contraria sententia. Probat, quia hic manet verus religiofus, vt fatentur omnes, idque demonstrat obligatio gestandi habitum, qua redè attingitur (vt dicemus n. 22.) At hæc vota sunt essentia status religiofi. e. cum ad monasterium, in fine. de statu monach. ergo manet astrictus his votis. Secundò, quia nulla est necessitas dispensandi cum illo in his votis, vt pote quæ cum oneribus status Episcopalis non pugnant, nec infum dedecent, immo infum tanquam statum per

At Ecclesia nequit absque iusta causa in illis dispensare: ergo non dispensat eo ipso quod religiofus ad statum Episcopalem promouetur. Tandem, quia etsi Generalis religionis nulli superiori religionis obedire teneatur, sed soli Pontifici, non ob id liberatur obedientia voto, cum id per accidens sit, eo quod superiorem alium non habet obedientiam enim respicit superiorem, dum superior est, & cessat, eo cessante. Ergo idem dicendum est de Episcopo: per accidens enim superioribus religionis parere non tenetur, eo quod sui superiores amplius non sunt, sed assumpto eo statu, eximitur ab eorum subiectione, solique Pontifici summo subditur. Et ex dictis constat ad primum fundamentum contrarium. Ad secundum autem constabit ex dicendis n. 5. & ideo huius sententia sunt D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 4. & q. 183. art. 3. corp. ad 3. & 4. dist. 38. q. 1.

art. 4. questio. 1. ad 5. D. Bonau. ibi. art. 2. quest. vltim. ad vltim. & ibi Paludan. quest. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49. Ricard. art. 9. q. 1. ad 1. 2. parit. & Maioris ibi. q. 2. o. argum. 3. contra 1. conclus. Supplementum Gabielis ibi. q. 1. ar. vlt. column. penult. Palacios ibidem, distict. 1. fol. 834. pag. 11. initio. Bald. authent. licentiam. num. 3. C. de Episc. & cleric. Nicolaus de Vbaldis de success. ab inestato. vbi de successione regularium. part. 1. num. 4. Turrecremat. c. de monach. 16. quest. 1. num. 3. Caiet. opuscul. tom. 1. tract. 23. de obligat. & obferuantia præceptor. q. 2. & 2. q. 185. art. 8. dub. 2. Abulen. cap. 30. Numer. q. 109. D. Antonin. 3. part. sit. 20. cap. 2. §. 2. Angel. verb. monachus. num. 7. Rosell. verb. religio. 1. num. 7. Syluest. religio. 6. quest. 10. Armil. verb. Episcopus. num. 8. Guillelm. Benedic. in c. Raynultum. verb. mortuo itaque testatore. cl. 10. num. 301. Sot. lib. vltim. de iustitia. q. vltim. art. vltim. col. 3. vers. de singulis ergo. Nauarr. lib. 3. consilior. tit. de regular. in 1. editione. consil. 15. num. 11. in 2. tit. de donationib. consil. 6. num. 11. & commentar. 3. de regularibus, num. 46. & lib. de redditib. in noua editione. q. 1. monit. 9. num. 1. Couarru. cap. 1. num. 1. 8. de testament. Angul. de meliorat. similib. lib. 1. gloss. 3. num. 1. in 2. edition. Viqueur. lib. instit. cap. 17. §. 1. vers. 21. Cordub. in reg. D. Franc. 2. q. 20. punct. 3. Aragon 1. 2. q. 88. art. 11. fol. 1036. col. 1. Azor. tom. 3. instit. moral. lib. 12. c. 7. q. 1. Henriq. lib. 10. de sacram. ordin. cap. 3. 2. num. 5. & c. 33. fine. Valent. 2. 2. distict. 10. q. 3. punct. 8. vers. secundo certum est. Leonard. lib. 2. de inst. c. 40. dub. 14. num. 115. Emmanuel Sà sumu. verb. Episcopus. n. 11. Vazquez 1. 2. q. 96. art. 4. distict. 165. cap. 8. num. 93. ad finem. Manuel Rodrig. 2. tom. sum. cap. 10. num. 4. Petr. Ledefm. 2. tom. sum. tract. 1. o. s. vltim. dub. 2. ad 4. fol. 1211. Fuluius Pacian. consil. 132. num. 56. col. 1.

Hinc deducitur, religiofum creatum Episcopum manere obligatum obedire Pontifici peculiari voto obedientia, vltra generalem ab omnibus fidelibus obedientiam ipsi debitam, & vltra peculiarem debitam ratione iuramenti obediendi ipsi, quod omnes Episcopi præstant. Quod in propriis terminis tradit Henriq. lib. 10. de sacram. ordin. cap. 13. fine. Suar. tom. 2. de religion. tract. de vot. lib. 6. cap. 7. num. 10. & clarè colligitur ex D. Bonauent. & Ricar. dicentibus, obedientiam debitam Prælati religionis, debet post Episcopatum Papæ; & ex Sor. & Emmanuel Sà, Petr. de Ledefm. dicentibus, mutari obedientiam Prælati debitam, in obedientiam ipsi Pontifici; & ex Palac. Arag. Valent. Vazquez dicentibus, non liberari religiofum factum Episcopum voto obedientia respectu Pontificis. Quos omnes retuli n. præcedent. qui melius loquuti sunt, quam Sotus, Emmanuel Sà, & Petr. de Ledefm. dum dixerè, mutari materiam obedientia debite Prælati, in obedientiam Papæ: nam cum Pontifex sit generalissimus omnium religionum Prælati, cui postissimùm à religiofis emittitur votum obedientia (vt probauimus lib. 4. cap. 24. num. 10. & hoc lib. 6. cap. 2. num. 8.) non mutatur obedientia aliorum Prælatorum in hanc, sed, ea cassata, manet hæc.

Secundò deducitur, posse religiofum promotum ad religionem reduci ab ipso Pontifice. Constat, quia respectu Pontificis manet votum obedientia in ea religione præstitum, & solo ipsius Pontificis priuilegio est exemptus ab obedientia ceterorum Prælatorum religionis. Ergo potest ab ipso Pontifice ad pristinum religionis obedientiam reduci: & ita docet Vazq. n. 2. allegans.

Tertiò deducitur, posse Pontificem virtute illius voti præcipere religiofo illi Episcopo omnia quæ sunt secundum religionis illius regulam, sicut ea potuissent præcipere superiores religionis, dum nondum ad Episcopatum prouectus erat. Quia votum obedientia secundum regulam in religione emissum, non est extinctum, sed integrum, ac illatum perseuerat respectu Pontificis. Et per hoc constat solutio ad secundum argumentum primæ sententia allatum n. 1. Non enim religiofus